AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 128r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et in ea formatū teneat. Et
si tam uiolenta ē ut possit
uocari amor. aut cupiditas.
aut libido. etiam cęterū
corpus animantis uehe-
menter afficit. Et ubi non
resistit pigrior duriorq;
materies in similē speciem
colorēq; cōmutat. Licet
uidere corpusculū came-
leontis ad colores quos
uidet facillima conuersi-
one uariari. Aliorū autē
animalium qui non ē ad
conuersionē facilis corpu-
lentia fętus. Plerūq; ꝓdunt
libidines matrū quid cū
magna dilectione conspe-
xerint quam enī teneriora
atq; ut ita dixerim forma
uiliora sunt. Primordia
seminū tam efficaciter et
capaciter secuntur inten-
tionē materne anime. et
quę in ea facta ē phanta-
siam ꝑ corpus quod cu-
pide aspexit. Sūt exēpla
quę copiose cōmemorari
possunt. sed unū sufficit
de fidelissimis libris. qd
fecit iacob ut oues et capre
uarios colores parerent.
subponendo eis uaria uir-
gulta in canalib; aquarū
quę potantes intuerentur
eo tp̄e quo conceperant. Sed
anima rationalis defor-
miter uiuit. cum scdm tri-
nitatē exterioris hominis
uiuit. Id ē cum ad eā quę
forinsecus sensum corpis
formant. Non laudabilē
uoluntatē qua hec ad uti-
le ad aliqd referatur. sed
turpem cupiditatē qua
his inherescat accōmodat
quia ętiam detracta specię
corporis quę corporaliter
sentiebatur. remanet in me-
moria similitudo eius quo
rursus uoluntas conuertat.
ut inde formetur intrinsecus
ex corpore obiecto sensibili.
sensus extrinsecus forma-
batur. De memoria qua
uisorum imago retinetur
et intentione anime quā
ut cūq; concurritur.

Atq; ita fit illa trinitas
ex memoria. et interna
uisione. et quę utrumq;
copulat uoluntate. quę
tria cum in unū coguntur
ab ipso coactu. cogitatio
dr̄. Nec tamen in his trib;
diuersa substantia ē neq;